



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantium**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Dominica ultima post Pentecosten, Lect. 37. tripar. Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usquemodo, neque fiet. 1. pars docet, quàm salubriter rimeatur iudicium; antequam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

DOM. VLT. POST PENTEGOSTEN.

peccati facientes, excita eas voce tua, manu tua, imperio, tuo, uterum concipiant spiritum vite, & respicient ad te, respicient in te, qui auctor es & dator vite vite. Ne peccatas eas in corporis sui lutea domo defunctas diu iacere, ac tandem effert ad æternam mortem, & in gehennæ sepulchrum inferri: sed in signum vite, jubet eas surgere, ambulare, cibum veritatis percipere & te sequi, jugiterque gratias agere, & enarrare omnibus quanta Deus fecit animæ suæ. Sic & nos eis congratulamur & tibi confitebimur narrantes nomen tuum & mirabilia tua, scientes quia *Sacramentum Regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare & confiteri honoris causa est.*

Tob. 12. *bonum est, opera autem Dei revelare & confiteri honoris causa est.*

Exempl.

Exemplum non ab simile huic à Christo hic exhibitum habemus in actis S. Theodorici, discipuli S. Remigij, apud Baron. tom. 6. anno 514. & apud Sur. tom. 4. Julij Defuncto Rege Clodovazo, quem B. Remigius ad fidem traduxerat, & de facto fonte susceperat, filius eius Theodoricus regni gubernacula suscepit. Is verò nuntios misit ad S. Remigium, obnixius rogans ut ad ipsum veniret, & mittere eius filie graviter laboranti manus imponeret. At S. Remigius adversa tunc corporis valetudine impeditus, B. Theodorico quem gratia curatio num præditum divinitus cogavit, suas vices demandavit. Ille iussa Magistri exequens ad Regis Palatium proficiscitur, in ipso autem itinere tristis ei affertur nuntius de obitu puella, rogantque eum qui missi erant à Rege ne se frustra fangeret. At ille à proposito non discedens venit ad Palatium, Regemque & Reginam cum tota familia mortentes reperit. Illorum ergo lachrymis etiam ipse ad lachrymandum permotus: *Sedis, inquit, paululum parentur que funeri oportuna, ego inserim id exequar cuius gratia veni.* Cumque non nisi illi quos ipse iusserat, mansissent, sublatis in cælum oculis ac manibus, preces intra mentis penetrabilia, lachrymis faciem rigantibus, corde compuncto obtulit: deinde accessit ad corpus exanimæ, & illud unxit oleo sancto. Et ecce subito omnes expertes vite ætatis suo vigori restituntur, & puella se palam proficitur vite redditam precibus Theodorici. Accurrit Rex & Regina, stupent ad miraculum, Palatium omne exultat, cuncti hominem Dei venerantur. At non tibi hic simile geri videtur sicut in familia Principis Synagoga, ubi à Domino suscitata est puella unica eaque dilectissima, cum totius familie miris applausu, exente fama in universam terram illam. Sed id fecit Dominus Iesus Christus sua potestate & imperio; *Hanc enim Pater signavit & in mundum misit ad mortuos in vitam resuscitandos: S. autem Theodorici id precibus suis & lachrymis sanctis imprecavit, & virtute Christi Domini manifestavit, quicquid hic effecit miraculo.*

2^o Pet. 6.

Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.

Inter varias mysteris plenas apparitiones S. Joanni in Apocalypsi factas, illa hodierna Evangelio & nostro proposito apprime congruit, ubi relictæ vidisse Angelum volantem per medium cælum, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem & tribum, & linguam, & populum. Hic Angelus volabat per medium cælum, ut ab omnibus videri posset, habetque Evangelium æternum, hoc est, in quo æterna salus continetur, in quo & æterna bona promittuntur ad allucinandum, & æterna mala denuntiantur ad terrendum. Habebat porro commissionem ad evangelizandum omni genti & populo, sed specialiter his qui sedent super terram, hoc est qui in cujus terræ inhabitant, terræ incidentem terram spectant, & ad terram tunc desiderio anhelant, negligentes cælestia & æterna, parum solliciti de salute sua. Hi nimirum appeti dicuntur sedere super terram, & ad hos oportune mittitur Angelus volans per medium cælum, cum Evangelio æterni, ut ad cælum oculos erigant à terra, & mentes auresque arripant ad vocem æternæ promissionem bonæ, vel supplicia denunciantem æternæ. Hi qui stant vel ambulant super terram, quasi illam calcantes & eam supereminentes mente & corde, non ita indigent alluci vel terrenæ voce Angeli, cum jam sint erecti & attentati ad divinas promissiones vel minas.

Iam attende quid voce magna & sonora enunciet pro themate suo Angelus ille evangelizans ex adeo sublimi cathedra. Hoc nempe Thema eius est: *Timete Dominum & date illi honorem, quia venit hora iudicii eius. & adorant eum qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum.* Quando dicitur: *Timete Dominum*, rationem timoris latius ipso hoc verbo indicat. Timendus nempe est, quia Dominus est, quia in manu eius est vita nostra ut de illa pro suo disponat beneplacito; quia in Domino est plus plenissimo & perfectissimo est corpus & anima nostra, dicente ipsomet: *Timeo eum qui corpus & animam peccati mittit in gehennam.* Hoc ipsum agnoscebat Plaltes dicens huic Domino: *In manibus tuis sortes meæ, sive ut alij legunt: in manibus tuis tempora meæ; vita scilicet & mors, tempus & æternitas felix & infelix in manu Domini nostri est, & ideo eum merito timere debemus.* Sed etiam specialem huius timoris rationem reddit Angelus: *Quia venit hora iudicii eius.*

Hac est propositio Angeli, quem S. Joannes per medium cælum volantem, & audivit voce magna clamantem, ut ipse scripsit mandaret, toto publicandum ubi in finem usque sæculi, quod ex tunc Angelus

PARS I.
Quam sa
lubriter
timeatur
iudicium
ante quod
veniat.
Apo. 14.

Timendus
Dominus
quia venit
hora iudicii
eius.

Matt. 10.
Psal. 10.

Angelus publicabat. Id nempe publicandum man-
dabat non solum Apосто lo & Evangelistae Ioanni
sed etiam omnibus Cathedrali ascendentibus. An-
gelicum & Aposto licum officium obeuntibus, po-
pulis evangelizando Evangelium aeternum, volan-
do per medium caelum. hoc est alis spiritus diuina
contemplando, & ea annuaciando ex obligacione
sublimis & celestis status sui, quasi cum caelo ze-
lum coniungendo.

Huic Themat per Angelum proposito conso-
nat Evangelium hodiernum, in quo in clamat
omnibus voce magna: *Time de Dominum, quia ve-
nit hora iudicii eius.* Time de eum dum ahuc tem-
pus est, & date ei honorem, antequam veniat tem-
pus in quo infructuosè timebitis, antequam veni-
at dies afflictionis in quibus dicetis: *Non mihi pla-*

cent. Quinam hi dies? Nonne hos describit Euan-
gelista dum dicit: *Erit tunc tribulatio magna, qualis*

non fuit ab initio usque modo, neque fiet. Addit aliter

Evangelista: *Arrepti sunt homines pra timore &*

expectatione eorum, quae super venientem uniuerso orbi.

Time de ergo Dominum, & date ei honorem, &

adorate eum, qui fecit caelum & terram, mare &

fontes aquarum, antequam caelum & terra, mare &

ac fontes aquarum, & totus orbis terrarum in seipet

& pugnet contra vos tamquam insensatos, & antea

velut insensibiles, dum vocem caeli & terrae, & o-

minium creaturarum ad amorem Creatoris vos in-

vigantem non attendebatis. Antequam obfcureretur

Sol & Luna, nigro partim & cilicino, partim tan-

gineo amictu vinctam in clamatantes. Antequam

stellae caelo cadant, & virtutes caelorum commo-

uantur, ad terrorem impietati incutiendum, & er-

rorum excuriendum. Antequam flumina, fontes &

maria fontium deat confusione fluctibus suis, & in-

caput vestrum exundent. Antequam rupes & mon-

tes terrae motu horrore collidantur, & intenten-

minas impijs insupportabiles, ita vt dicant Mont-

ibus: *Cadite super nos, & Cellibus operite nos.* Ante-

quam pereat figum filij hominis & plangent o-

maes fines terrae, & qui cum pupugerunt. Ante-

quam ira Agni iam fiat Leonis rugientis ira, horri-

bili vultu & voce omnes exterrens etiam Principes

& Reges Antequam ignis faciem eius praecedat, &

fluat montes sicut cera à facie & ira eius.

Time de igitur Dominum, quia venit hora iudicii

eius, hoc est, quia appropinquat illa dies, illa hora

tremenda, quando Iudex est venturus, cuiusca stri-

& è disciturus. Et quidem hoc rectè pronunciat

Angelus ille Apocalypiticus, quia personam gerit

Prædicatorum, qui in fine mundi venient vt hinc

salubrem timorem omnibus incutiant, doceant que

fugere à ventura ira. Vnde & post illum mox alius

Angelus sequitur in clamans eodem: *Cecidit, ceci-*

dit Babylon illa, hoc est, congregatio impiorum in

infertum tuere mox cernetur cum confusione a-

terna sempiternis penis inuoluenda. Sed quodli-

bet etiam tempore rectè in clamamus: Time de Do-

minum, quia venit hora iudicii eius, quando quidem

eius vitrix manus peccantium semper incumbat
cervici, quos iusto iudicio statim potest è vita tol-
lere, & aeterno igni addicere. Propterea dicit Psal-
tes quibusdam impijs: *Prinquam intelligerent spi-*
ritus vestre thammum, sicut visiones, sic in ira absorbes
eos. Vbi legit S. Hieronymus: *Prinquam spina vo-*
stra crederent in thammum, & peruenirent ad duri-
tiem spinarum grauius ledentium, vos abscissi estis
& absorpti, & impii. Quod idem ac si diceremus. An-
tequam plenissime complere possitis malitiam cõ-
tra Deum & iustos conceptam, in medijs secleribus
absorbuit vos ira iusta Dei, & sicut Corè, Da-
ran, & Abiron, viuentes absorpti sunt à terra secleris
perente: non abfimiliter se vobiscum gerit Deus,
vos è terra tollens, & iustum iudicium iuum omni-
bus manifestans.

Quinimò etiam loquendo de iudicio rectè di-
cimus: *Venit & appropinquat hora eius, quia bre-*
uis est mora huius temporis adhuc duraturi, si a-
terri comparetur. Mille anni ante oculos tuos tam-
quam dies hesterni qua praeterit. Propterea dicitur
nobis: *Nos sumus in quos fines saeculorum deuen-*
erunt. Felix nonissima hora est. Si homo dicitur bre-
ui morturus dum decrepitus est, & incuruatus præ-
lenio, diciturque tunc appropinquare tempus &
hora eius: ita rectè enim dicimus de mundo, quia
iam senescit, iam prope interitum est, minaturque
occulum. Vnde & peccatores monentur, vt illum
intueantur & contemnant, vtique Deum & eius iu-
dicium timeant. Scire ergo debemus iam mun-
dum senescere & ad occalum & interitum tendere,
nec illis vitijs stare quibus prius stetit, nec
robore ac vigore illo valeat quo antea praevalerat.

Hoc mundus ipse iam loquitur & occalum sui re-
rum labentium probatione testatur, non fugibus
ælitate torrendis solita flagrantia est, nec sic ver-
na tempe oanna lata, nec adè arboris scari-
bus autunus fecundus est. Minus de effolis, &
fatigatis montibus eruantur marmorum crustae,
minus argenti & auri opes suggerunt: exhaustæ iam
venae metallica. Deficit iam innocentia in foro,
iustitia in iudicio, veritas in consortio, in amici-
tiji concordia, in artibus sincera peccitia, in moribus
disciplina. Minuatur necesse est quicquid sine iam
proximo in occidua & extrema devertit. Cum
olim vltra octingentos annos vita hominum pro-
cederet, vix nunc ad octogenarium numerum po-
tèst peringere. Canos videmus iam in iuuenibus,
capilli deficiunt antequam crescant, nec ætas in se-
nectute desinit, sed incipit à senectute. Sic in ortu
adhuc suo ad finem nativitas propeat, sic quod-
cunque nunc nascitur, mundi senectute de gene-
rat, vt nemo mirari debeat singula iam in mundo
cepisse deficere, quando totus iam mundus in defe-
ctione sit & in fine. Cum ergo mundi finis semper
appropinet ad Deum, mentes nostras Dei timore
debet convertere: *Time de Dominum, quia venit ho-*
ra iudicii eius.

Hac consideracione efficaci S. Gregor ep. 16. l. 6.

III 2

exhort.

Relig. 12

Mat. 14.

Apo. 6.

Psal. 77.

Psal. 89.

1. Ioan. 10.

1. Ioan. 22.

Mundus
senescens

part.

PARS I.
Quam sa-
ubriter
iudicium
antequam
veniat.

Timidus
Domino
quia ve-
nit hora
iudicii e-
ius.

Mat. 10.

Psal. 30.

exhortatur Andream quemdam illustrem Virum ad mundum contemptum. Vbi sic ait: Cur magnifice filii non confideas quia mundus in fine est? Omnia videntur quotidie, ad reddendas rationes æterno & tremendo Iudici ducimur. Quid ergo aliud nisi deus aduentu cogitare debemus? Vita enim nostra nauiganti est similis. Is namque qui nauigat, stat, sedet, iacet, vadit, quia impulsu nauis ducitur: Ita ergo & nos sumus, qui siue vigilantes, siue dormientes, siue loquentes, siue tacentes, siue ambulantes, siue iacentes, siue volentes, siue nolentes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. Cum igitur finis nostri dies advenit, ubi nobis erit omne quod tanta cura quaeritur, & cum sollicitudine congregatur? Si ergo bona quaerimus, illa diligamus, quæ sine fine habebimus. Si autem mala per timemus, illa timeamus quæ a reprobis sine fine tolerantur. Hæc S. Gregor.

vinuitatem, que iam per mille sexcentos annos antecessit: facie augeam ad faciem eam contempniti sumus in terra promissæ, expletis bis mille annis. Vltimus dicta opinio probari potest; quia sex diebus mundus creatus fuit, postea requies & Sabbatum in die septima fuit. Cum ergo mille anni apud Deum sint vt dies unus, recte dicitur mundus duraturus sex annorum millibus. Ita vt postea sequatur Sabbatum, hoc est requies, & dies septimas, æternitatis scilicet dies. Ille enim dies quo Deus ab opere cessauit, diem beatorum Sanctorum post resurrectionem designat, sicut & illi sex præcedentes designant dies laboris, & huius sæculi tempus in sex millenarijs comprehensum. Hanc explicationem tradunt nonnulli ex Sanctis Patribus.

Mundus duraturus sex millibus annorum 2. Pet. 3. Psal. 89.

PARS II. Quo tempore iudicium fiet. Quis mundus finietur.

AT forsitan hic adhuc non quiescit multorum animus, sed cum discipulis interrogant: *Quædo hoc erunt? Et quod signum aduentus Domini, & confirmatio rationis sæculi*. Hinc diuersæ opiniones fuerunt de tempore, quo hæc consummatio futura est. Nonnulli enim dixerunt tantundem duraturum mundum post Christum, quam ante Christum, ratione afferentes, quia non minor numerus selectorum post Christum, quam ante; impleto autem numero electorum finietur mundus iste, qui propter electos factus est. Vnde animabus Sanctorum Martyrum aspirantibus ad corporis valonem in beata resurrectione iterum futuram, & inclamantibus: *Vsquequo Domine iustitiam & verum non iudicas & vindicas sanguinem nostrum?* Responsum fuit, *Expectate adhuc modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum*. Alia opinio dicit duraturum mundum sex millibus annorum. Vnde duo fuerant millia aut circiter legis naturæ ab Adam vsque ad Abraham? cui cum circumcissionis lex data fuerit, incepit tunc initium legis Iudaicæ & Mosaicæ. Durauit autem circumcisio & lex Mosaicæ etiam ferè per bis mille annos vsque ad Christum, vt Chronologi nonnulli declarant. Sic & Christo vsque ad finem mundi data lege gratiæ, bis mille aut circiter anni excurrunt, vt si proprio quadam inter tres leges & statum qui fuerunt successiue in mundo, ainitum inter legem naturæ, legem Iudaicam, legem Christi.

In primis audi S. Augustinum l. 20. de Civit. ca. 7 qui explicans mille annos, de quibus mentio fit in Apoc. sic dicit: Mille anni duobus modis possunt intelligi, aut quia in vltimis mille annis ista res agitur, id est, sex to annorum millenario, tanquam sexto die, eius nunc ipatia posteriora voluuntur, scilicet deinde Sabbato quod non habet vltimam, requie scilicet Sanctorum quæ non habet finem, vt huius millenarij tanquam nouissimam partem quæ remanebit vsque ad terminum sæculi, mille annos appellauerit, eo loquendi modo quo pars significatur a toto. Aut recte mille annos pro annis omnibus huius sæculi posuit, vt perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Hæc ille.

Psal. 89

Apoc. 6.

Audi etiam S. Hieronymum in illud: *Mille anni tanquam dies hesternæ*, &c. Ego arbitror ex hoc loco mille annos pro vna die solitos appellari, vt scilicet quia mundus in sex diebus est fabricatus, sex millibus annorum credatur subsistere, & postea venite septenarium & octenarium numerum, in quo verus exerceatur sabbatissimus: vnde & octo beatitudinibus bonorum operum premia promissantur. Hæc ille.

V. Gloss. in cap. 5. Gen.

Iosue 3.

Figuram horum duorum mille annorum, quibus Christi lex & baptismus perduraturus creditur, putant nonnulli præcessisse in eo quod iussu Domini debuerit in transitu Iordanis arca præcedere & distare bis mille cubitis a populo. Per id eundem significatum existimant, duobus millibus annorum tempus illud describendum, quo sacer rationis mundi passim recepta fuit apud veteres. Hanc enim docent S. Iustinus q. 71. ad Gentes, Irenæus de hæresibus, & alij. Quam etiam sequuntur ex recentioribus Theologis nonnulli. Hæc tamen sic intel-

Audi denique S. Gaudentium Brixianum tract. 10. vbi sic ait: Expectamus istum verè sanctum septimi millesimi anni diem, qui aduenit post istos sex dies, sex millium scilicet annorum sæculi, quibus completis requies erit veræ sanctitati, & fideliter credentibus in resurrectione Christi. Nam nulla erit ibi pugna contra diabolum, qui tunc vtiq; detinebitur supplicijs religatus. Hoc ille.

Citantur à Sixto Senenadi. 3. Bib. lat. annos. 190.

Addit Isidorus in cap. 5. Genesis, quod sex primi parentes orbis, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Jared, morui sunt, septimus Enoch viuis translatus est, quia post millenarios sex quibus labor & mors viget, initium erit quietæ & immortalis vitæ.

Itaque hæc opinio de sex millibus annorum duratione mundi passim recepta fuit apud veteres. Hanc enim docent S. Iustinus q. 71. ad Gentes, Irenæus de hæresibus, & alij. Quam etiam sequuntur ex recentioribus Theologis nonnulli. Hæc tamen sic intel-

ligenda est (vt probabilis sit) non desinit, desinit
 endo scilicet p[re]sens annum aut diem, v[er]o p[er]o
 quia istud p[er]tinet ad decretum Dei seruetur & nobis
 ignotos sed probabili coniectura nihilominus alle-
 gando ex multorum veterum sententia, & interpreta-
 tione non longe excesserit tempus huius seculi
 sextum millennium annorum, illumque sextum
 millennium cunctis adimplendum. Quod si quis
 nixis anxie vel curiosè voluerit inquirere p[re]sens
 de anno, vel iam ei dicendum est illud Domini, *De
 die illa nemo scit, neque Angeli in celo.* Nam licet
 illi scirent numerum p[re]destinatorum, & quot ho-
 mines afflamenti sint ad ruinas Angelicas reparan-
 das, prout docere videtur S. Augustinus Enoch. c.
 62. nesciunt tamen quanto tempore numerus ille
 sit implendus. Non ergo nimis curiosè hic inqui-
 rentur, ne cum discipulis audiamus illud Domi-
 no: *Non est vestrum nosse tempora, & momenta qua
 Pater in sua potestate possit facere.* Vnde eleganter & p[er]-
 acute dicit S. Augustinus lib. 18. de Civitate. *Hac respon-
 sio omnium calculantium digitos resolvit, & quis ce-
 re iudet:* Interim omnibus est inculcandum, vt iu-
 dicio se p[re]parent, & illis dicendum cum Aposto-
 lo, *Frater videte quomodo caute ambulato tempore
 redimentes, quia dies mali sunt.* Rememorandum
 quoque omnibus est illud: *Nolite diligere mundum,
 neque ea qua in mundo sunt. Si quis diligit mundum,
 non est charitas Patris in eo quoniam omne quod est in
 mundo, est concupiscentia carnis, & concupiscentia
 oculorum, & superbia visus. Et mundus transiit, &
 concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem
 Dei, manet in aeternum. Filioli nouissima hora est.
 Qui caducæ & labili inicitur ter, & ipse cadet: si-
 gendus ergo affectus in rebus fixis, non in ter-
 renis & mutabilibus. Vnde Boetius eleganter l. 2. me-
 tro 3.*

*Rara si constas sua forma mundo,
 Si raras variet vices,
 Credo fortunis hominum caducis,
 Bonis crede fugacibus.
 Constas aeterna postquam lege est,
 Vt constet gentium nihil.*

PARS III
 De signis
 in diebus
 precedentibus
 iudicij.

Licet porro incertum nobis voluerit Dominus
 se diem iudicij postremi, multa tamen illius
 signa antecedentia in hoc nostro Evangelio desig-
 nauit.
 In primis inter illa enumeratur *Abominatio deso-
 lationis s[an]cti in loco s[an]cto.* Quam quidem abomi-
 nationem voluit nonnulli ex Sanctis Patribus An-
 tichristum designare, qui in templo velut Deus se
 debet, & ibidem suam imaginem adorandam con-
 struat, si ut de eo S. Paulus dicit: *Ita ut in templo
 sedeat ostendens se tanquam sit Deus.* Ita interpreta-
 tur S. Irenaeus l. 5. c. 25 S. Hieronymus Matt. 24. S.
 Hilarius canone 23. vbi dicit: *Antichristus est abo-
 minatio, quod adversus Deum veniens honorem sibi
 Dei vendiderit. Desolationem autem abominatio, quia
 bellis & caedibus terram desolatam est. Sic etiam*

*Abominatio desolationis execrabilis
 Antichristi aduentus est. Neque quantum in se est
 Antichristus vires conuertit ad desolandum, & ever-
 tendum Christi Ecclesiam & populum, eritq; abo-
 minabilis propter viam omnis generis in ipso vigen-
 tia. Propterea enim Antichristus nominatur, quia
 in omnibus Christo contrarius existit, in doctrina,
 moribus, operibus, cogitationibus.*

1. Sicut omnis Christi cogitatio ad hominum
 directa fuit salutem, ita omnis Antichristi cogita-
 tio in eorum dirigitur perniciem; quia omnem Sa-
 tanam assatum suscipiet, vt dicit S. Damascenus. Nec
 vaquam bonæ inspirationi locum dabit, ob p[er]petu-
 am cum Satana coniunctionem, ita vt post-
 quam ad viam rationis pertigerit, desecratus sit
 ab Angelo Custode; quia nullum effectum custo-
 diae poterit circa illum exercere, vt docet S. An-
 tonius.

2. Sicut omnis Christi doctrina & omnia eius
 verba, veritatis erant doctrina & sapientia verba,
 ad id directa vt erudirent ad viam vitam, & iter ce-
 leste demonstrarent: ita Antichristi doctrina erit
 falsissima, & omnia eius verba & promissa menda-
 cissima erunt, non nisi eo tendentia, vt illaqueatos
 verbis & promissis suis homines in Tartarum de-
 voluant. Vnde ad hunc effectum faciet loqui ima-
 ginem suam in templo constitutam, quæ hic dicitur
*Abominatio desolationis s[an]cti in loco s[an]cto, deso-
 lationis scilicet, & abominabiliter everrens doctrinam
 de Sacramentis, & vero Christi sacrificio.*

3. Sicut omnia in Christo opera & facta ad no-
 minis Dei, siue ad Patris sui gloriam, ac hominum
 sanctificationem ordinata fuerunt: *Ego honorifico
 Patrem meum, ait ipse: It iterum, Cibus meus est vt
 faciam voluntatem Patris mei.* Ita Antichristi o-
 mnia opera & facta, omnia miracula fictitia, ad hoc
 ordinata erunt vt solus ipse Deus agnoscat, & col-
 latur super omne quod Deus dicitur & colitur, in-
 quit Apostolus.

4. Denique, sicut Christus humillimus fuit, pa-
 tientissimus, misericordissimus, temperantissimus,
 castissimus, miullissimus, omniq[ue] virtute adorna-
 tus; ita Antichristus summe erit superbus, crudelis,
 furibundus, libidinofus & luxuriosus, ex luxurioso
 & libidinofe concubitu oriundus, blasphemus, ha-
 gitusq[ue] omnigenis cooperus. Vnde dicit S. Ire-
 naeus, quod in ipso fit recapitulatio omnis iniquita-
 tis: quia nimirum sicut in Christo omnis plenitudo
 Diuinitatis habitauit, ita in Antichristo plenitudo
 omnis malitiæ. Hanc suscipiet a demone, a quo di-
 rigetur & ducetur in totius mali abyssum. Ita vt
 propterea Filius iniquitatis, Homo peccati, Filius
 perditionis, Caput impiorum, per excellentiam re-
 cte nominetur, propter malitiæ perfectionem &
 insolentiam.

Inimò omnes impij dicuntur membra, ministri,
 praecursores Antichristi, maxime qui Ecclesiam &
 fidem Christi persequuntur. Vnde eos vocat S. Io-
 hannes Antichristos, dum dicit: *Audistis quia Anti-
 christus*

*Antichristus
 in omni-
 bus con-
 trarius
 erit.*

*Damaſc.
 l. 4. de ſe-
 de, c. 27.*

2.

3.

*Ioan. 8.
 Ioan. 4.*

1. Theſſ. 2.

4.

*Omni
 impij,
 praeursor
 Anti-
 christi.
 1. Ioan. 2.*

2. Theff.

christus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt. Et S. Paulus etiam de illis pronunciauit, *Mysterium nunc operatur iniquitatis*, hoc est. in sceleratorum colluuiis, qui eodem spiritu aguntur & operantur, quo agerit Antichristus, totius iniquitatis Caput & Princeps iam censetur operari, mylticusque eius tytus praecedere & praecurrere: cenentur enim illi viam praeparare, ipsamque quodammodo parturire & attrahere, sicut membra prius enata quadam ratione caput attrahunt vt enascatur. Quapropter S. Gregor. in Iob. cap. 34. sic vultur se loquitur: *Quamuis plerique principatum Antichristi non viderunt, tamen eius principatus peccatorum suorum condicione deseruiunt, & quem dominantem sibi non conspiciunt, eum procul dubio perverte videntur venerantur.* Sic etiam S. Hilarius in Apolog. ad Constantium Imper. Actuum scientem in Orthodoxos palam cum proclamatur Antichristum. Audi eius vocem intrepidam: *Nunc pugnemus contra persecutorem fallentem, contra hostem blandientem, contra Constantium Antichristum, qui non in dorsa cadit, sed ventrem palpat: non proseribit ad vitam, sed ad mortem datat: non tradit carceri ad libertatem, sed in palatio honorat ad seruitutem: non gladio caput secas, sed animam auro occidis: non igne publice minatur, sed gehennam priuata a cenit: non contentit ne vincatur, sed adulatur vt dominetur. Christum confitetur vt nega: unitatem procurat, ne pax sit: haereses comprimit, ne Christiani sint: Sacerdotes honorat, ne Episcopi sint: Ecclesia recta struit, vt fides destruat. An non haec etiam modo vera sunt de quibusdam qui dominantur in regnis, & sub titulo fidei fidem destrunt, sub titulo conciliandae pacis vniuersalem Ecclesiam inquerant, sub titulo Sacerdotij Sacerdotium inhonorant, desolationem que statuunt & abominationem in loco sancto, vbi pietas stare debet & devotio? Qui legem intelligat, vt in nostro hoc dicitur Euangelio. Sed prosequitur S. Hilarius inconstituo animo & voce: Proclamo tibi Constante, quod Nerone locutus fuisset, quod ex me Decius & Maximianus audissent. Contra Deum pugnans, contra Ecclesiam seuis, Sanctos persequeris, Praedicatores Christi odis, religionem tollis, tyrannus non iam humanorum, sed diuinorum. Haec tibi & illis communia sunt, nunc propria tua accipit: *Christianum te mentis & Christi nouus es hostis, Antichristum praesentis, & arcuorum mysteria eius operaris. Contra fidem, contra fidem uiuens, Doctor profanorum es, indoctus piorum, Episcopatus tuis donas, bonos malis demittas, exercitus tuos ad Ecclesiae terrorem disponi, dissensio deueniunt tamquam aqua decurrens. Dicamus rursum: Quis est fugere ad montes, dum haereticus abominatio ceruicis stare in loco sancto? Vtique est recurre ad sacras Scripturas Apostolorum & Prophetarum, quorum doctrina in monte est constituta, vt ad eam refugium habeamus: non secundum interpretationem priuati cuiusque sed secundum interpretationem Apostolicam Ecclesiae, siue illius quae super aduersaria est supra fundamentum**

uenit, qui doctrina blasphema Christo aduersatur, sicut & vita. Quo circa haereticum etiam apud illos nominamus *Abominationem stantem in loco sancto*, dum in quibusdam locis & templis conspicitur, in quibus antea colebatur Christi vera religio. De qua re sic loquitur S. Hieron. Math. 24. *Abominatio desolationis intelligi potest omnia dogmata peruerum, quod cum uiderimus stare in loco sancto, debemus fugere ad montes.* Sed quid sit fugere ad montes? An non recte montes censuimus viros pietate & doctrina sancta praeditos? An non eminunt in inter caeteros, tamquam colles inter valles? Qui igitur haereticum abominationem ceint, fugat ad illos. Consideret tot viros sanctos ad Apolloniam, & ab exordio Ecclesiae vsque modum, qui doctrinam Catholicam & dictis & scriptis docuerunt, sanctissimeque vixerunt, & in hac fide nostra defuncti sunt, miraculisque postmodum claruerunt. Hos qui confiderant, facile abominabiles & profanas nouitates contemnet, immo abhorrebit. Quid est iterum fugere ad montem, nisi recurre ad Romanam Ecclesiam, quae est Mons in vertice montium, Ecclesiarum caput & vertex, magistra caeterarum, & Dominatrix, Ductrixque? Hic est mons ferulis & pignus, cuius pascuis Christi oves pascuntur, saginantur, oblectantur. An non de illa verum est, *Mons Dei* P sal. 67. *Mons pinguis, Mons coagularum, Mons pinguis, Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finem?* Vt quid haereticus suspicantur montes alios coagulatos? Vt quid ius inanibus signentis in suspicionem alijs adducant dari alios montes videres? Eorum certe doctrinae omnes & Synagoga, vel vallibus sterilibus similes sunt, vel colibus venenatis, e quibus oves Christi non pabulum hauriunt, sed venacuum. Romana autem Ecclesia & doctrina, mons est ille, in quo beneplacitum est Deo habitare vsque in finem. Sedes est Dei, in qua sedebit Christus in finem vsque saeculi, per se quidem invisibiliter, per Vicarium autem visibiliter. Non stabunt haereticus vltique in finem saeculi, sed defluent velut torrentes, & peribunt. *Ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens*, vt loquitur Propheta. Vnde Aug. hoc explicans, tractansque huic Psalmi verum, ne dicit: *Non vos terreat fratres quidam fluuii, qui dicuntur torrentes, hyemalibus aquis implentur: aqua ad tempus perstrepat, max cessant, diu stare non possunt. Multa haereses iam emortuae sunt: recurrebant in vniuersis quantum potuerunt: siccat sunt riuus, vix eorum memoria reperitur. Ad nihilum deueniunt tamquam aqua decurrens. Dicamus rursum: Quis est fugere ad montes, dum haereticus abominatio ceruicis stare in loco sancto? Vtique est recurre ad sacras Scripturas Apostolorum & Prophetarum, quorum doctrina in monte est constituta, vt ad eam refugium habeamus: non secundum interpretationem priuati cuiusque sed secundum interpretationem Apostolicam Ecclesiae, siue illius quae super aduersaria est supra fundamentum*

Nomen Antichristi haereticis conuenit

P sal. 57.

Ephes. 2. Apo.

Apostolorum & Prophetarum, ipso summo Angulari tur in eos, & audietur vox celestis *Ascendite hanc* Apoc. 17.
lapide Christo lecto. Hac iterum est Romana Ec- & ascendit in nube in conspectu omnium, cri-
 clesia ab Apostolis Petro & Paulo fundata, & in ea- que illud verè fidei & missionis eorum maximum
 dem quam ipsi tradiderat fide firmata. De qua re argumentum. Nam postea subditur, quod factus sit
 sic bene loquitur S. Irenæus Apostolis proximus terzæ motus, decimaque pars civitatis cecidit,
 lib. 15. cap. 20. *Maxima & antiquissima & omnibus quodque occisis septem millibus hominum reli-*
 cognita. à glorioſissimis duobus Apostolis Petro & qui timore correpti dederint gloriam Deo. Deia-
 Paulo Roma fundata & constituta Ecclesia eam ha- de in hoc Dei auxilium pateſcet, quod propter ce-
 bet ab Apostolis traditionem & annunciatam homi- lectos breviabit dies illos tribulationis, ut expresse
 nibus fidei; per successiones Episcoporum porve- dicit Evangelista. Sicerit ista nubes tempestati-
 nientem usque ad nos, per quam confundimus omnes bus & pluvijs violentis gravida, sed paulo post per-
 eos cui quoquo modo vel per sui placentiam malam, tranſibit, & redibit tranquillitas. Nam & Iudæis
 vel vanam gloriam, vel per cecitatem & malâ sen- 2. Mach.
 tentiam præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim 2.
 Ecclesiam præter potentem principalitatem neces- *Arca Testa-*
 se est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt *mentis*
 undique fideles, in qua semper ab ipsi qui sunt undi- *Iudæis in*
 que à conferuntur est que est ab Apostolis tradito. *sine mun-*
 Hac S. Irenæus, *di appare-*
 Secundo, inter signa adventus Domini ad judi- *bis.*
 cium enumeratur illud: *Erit tribulatio magna qua-*
li non fuit ab initio usque modo, neque fiet. Indicatur
 his verbis persecutio futura omnium atrocissima.
 Nam teste S. Augustino in Plal. 9. Prima persecu-
 tio Ecclesie violenta, fuit omnino per Tyrannos:
 Secunda fraudulenta fuit per hereticos & falsos
 fides: Tertia omnium periculosissima erit: quia
 violentiam cum fraudulenta mixta conjunctam o-
 stentabit. Et hanc permittet Deus, ut electos suos
 velut aurum in fornace probeat, expurget, exornet,
 ut omnes exeat vires, qui iam est ex parte ligatus,
 tunc virtus electorum militum eluceſcet, quia cum
 eo in certamine illo novissimo colluctabuntur, nec
 vincunt. Sed sicut Rubus Moysis igne circumda-
 tus non consumebatur, quin potius illuminabatur:
 sic & ignis ille tribulationis non absumet animum
 congregacionis justorum, sed auget & illustrabit.
 Ac sicut Arca Noe quanto magis fluctibus augete-
 bant, & mirabiles erant elaciones maris, tanto ma-
 gis elevabatur, nec depressa subsidebat: ita contin-
 get tunc Ecclesie his fluctibus persecucionis non
 submergi, sed exaltari.

Hoc autem fiet speciali auxilio Dei, qui suis mi-
 nistrabit gratiam peculiarem & efficacissimam ad
 fidem proficendam contra hostem suum juratum,
 quem antea prædixerat venturum. Adjuvabit er-
 iam ad id adventus Eliæ & Enoch, qui tamquam
 Duces mittentur, ut huic adversario obstant, & fi-
 deles verbis & doctrina, miraculis & vita immu-
 tabili, intrepidique fortitudine confirmet in vera
 fide. Nam si Antichristus verbis & miraculis men-
 dacibus decipere conetur, illi veram doctrinam
 veraque miracula opponent, tamquam obarmen-
 tes per hæc electos, & ex adverso erroris ordinan-
 tes actione veritatis. Et licet occidendi sint hi Du-
 ces ab Antichristo, at tamen mox resurgent, post-
 quam corpora eorum jacuerint in præcis per tres remitto-
 dies, cum dimidio. Spiritus enim vitæ ingredie-
 rit *Sanguis Martyrum semen est Christianorum.* Ille
 ergo sanguis in mentibus Iudæorum occidet Anti-
 christum: tunc enim ænium maxima pars Iudæo-
 rum convertetur, discipulis Eliæ & Enoch fiden-
 tes & recentia gesta eorum prædicantibus, ac resurre-
 ctionem eorum celesti voce aded manifestam at-
 testantibus, arcamque fœderis deferentibus. Tuæ
 scilicet ille qui est *Lapis Angularis*, quem prius re-
 probaverant, contingeret Iudæos & Gentes in unam
 Ecclesiam & in templum sanctam Domino. De
 Antichristo & persecucionetunc futura, ac de illis,
 quæ contingent per Enoch & Eliam plura dixi
 Horti Pastorum Tract. 3. Lect. 29. illuc Lectorem
 recem-

Apoc. 17. *Arca Testa-*
mentis
Iudæis in
sine mun-
di appare-
bis.
 2. Mach.
 2.
 Apoc. 17.
 te Dominum,
 & ante Arcam fœderis,
 quia o-
 leum doctrinæ rum Christianæ, tum Iudæis insit-
 labunt, ac ignis divinus, qui animas illuminat &
 accendit, statu turbulentæ persecucionis extingua-
 tur: & sicut candelabra suo fulgore Ecclesiam &
 fidem illuminaantia apparebunt omnibus. Arque
 tunc ubi vos extinxerit Antichristus, extinguetur & i-
 ple eorum sanguine, ut loquitur Tertull. l. de ani-
 ma cap. 30. ubi dicit: *Eliam & Enoch reseruari, ut*
Antichristum suo extinguant sanguine. Nam de
 fructu quem fecerunt, in Apocalypsi nihil dicitur,
 nisi jam ipsi mortuis. Sicque hic habent partem
 cum Christo, qui instat Sampsonis plures occi-
 dit mortens quam vivus, occidit scilicet peccato: ut
 viverent iustitia. Vnde quoque illud tunc verum e-
 rit *Sanguis Martyrum semen est Christianorum.* Ille
 ergo sanguis in mentibus Iudæorum occidet Anti-
 christum: tunc enim ænium maxima pars Iudæo-
 rum convertetur, discipulis Eliæ & Enoch fiden-
 tes & recentia gesta eorum prædicantibus, ac resurre-
 ctionem eorum celesti voce aded manifestam at-
 testantibus, arcamque fœderis deferentibus. Tuæ
 scilicet ille qui est *Lapis Angularis*, quem prius re-
 probaverant, contingeret Iudæos & Gentes in unam
 Ecclesiam & in templum sanctam Domino. De
 Antichristo & persecucionetunc futura, ac de illis,
 quæ contingent per Enoch & Eliam plura dixi
 Horti Pastorum Tract. 3. Lect. 29. illuc Lectorem
 recem-

Mat. 24.
 Curri-
 bulatio-
 nam mag-
 nem Deus
 permittet
 in fine
 mundi.

fol. 67.
 fol. 68.

recensentur: *Sol obscurabitur, Luna non dabit lumen suum, stella de caelo cadent.* Et virtutes caelorum commovebuntur, multiplicem habet interpretationem. Quamvis enim existant virtutes caelorum non aliter esse, quam ipsorum caelorum vires, sive potestates non minus duraturas tenebras illas horrendi quibus opprelli sunt Aegyptus, de quibus dicitur: *Et facta sunt tenebrae horribiles in universa terra Aegypti tribus diebus nemo vidit fratrem, neque novit se de loco in quo erat;* itaque aliquot forte diebus dies non erit, Deo lucem soli & sideribus labrahente, ut impijs horrorem incutiat, & ut significet Solem quodammodo contra eos vindictam in clamare. Sic de illis verum erit quod de impijs dicit Sapientia: *Dum putant se latere in obsequio peccatorum, tenebre oblationis velamento dispersi sunt, paventes horrendae, nec quae eos continebat spelunca sine timore custodit, ut non ex somitis descendens perturbabat eos, & personae tristes illi apparentes pavorem praestabant. Et ipsi superposita erat nox gravis, imago tenebrarum quae super ventura illa erat, ipsi ergo sibi erant gratulantes tenebris.* O tenebrae, nox & obscuritas horribilis, caelo, Sole, luna lucem subahentibus, ita ut videantur tunc erubescere de turpissimis sceleribus hominum, quibus lucem suam mutant, ac quodammodo perniteat, quod servent in gloria aeterna & ad eum impijs Domini, ut alijs vixi.

Eccl. 10.

Sept. 17.

V. dicit in Evam Dom. 1. Advent.

Euthim Maldon. Et alii. Quid sit stellus de caelo cadens.

Apo. 6.

Isaia 34. Chryl. ad homil. ad Neophy. 10. 5.

Ribera Forerius Cornu. Barra dicit. Et alijs.

Denique, id quod additur, *Virtutes caelorum commovebuntur*, multiplex habet interpretationem. Quamvis enim existant virtutes caelorum non aliter esse, quam ipsorum caelorum vires, sive potestates non minus duraturas tenebras illas horrendi quibus opprelli sunt Aegyptus, de quibus dicitur: *Et facta sunt tenebrae horribiles in universa terra Aegypti tribus diebus nemo vidit fratrem, neque novit se de loco in quo erat;* itaque aliquot forte diebus dies non erit, Deo lucem soli & sideribus labrahente, ut impijs horrorem incutiat, & ut significet Solem quodammodo contra eos vindictam in clamare. Sic de illis verum erit quod de impijs dicit Sapientia: *Dum putant se latere in obsequio peccatorum, tenebre oblationis velamento dispersi sunt, paventes horrendae, nec quae eos continebat spelunca sine timore custodit, ut non ex somitis descendens perturbabat eos, & personae tristes illi apparentes pavorem praestabant. Et ipsi superposita erat nox gravis, imago tenebrarum quae super ventura illa erat, ipsi ergo sibi erant gratulantes tenebris.* O tenebrae, nox & obscuritas horribilis, caelo, Sole, luna lucem subahentibus, ita ut videantur tunc erubescere de turpissimis sceleribus hominum, quibus lucem suam mutant, ac quodammodo perniteat, quod servent in gloria aeterna & ad eum impijs Domini, ut alijs vixi.

Quantum porro ad stellas quae huc illuc de caelo cadunt, S. Chryl. cum quibusdam exitum litteraliter verum esse, & debere intelligi sine metaphora; quia cum post iudicium nulla sit nox futura, stella non erunt ultra; non enim serviat nocti illuminanda, nec servient diei, quia Solis & Lunae, quae tunc Solis instar fulgebunt, obscurabuntur splendore; itaque caelum suum ante iudicium, sicque disparebunt & peribunt. Hoc ipsum indicari videtur in illo: *Stella de caelo cadent, sicut stellas amittit gressos suos cum a vento moverentur.* In stella cadent sicut folia de vite. Quod exp. caes iterum Chryl. sic ait: *Sicut viticolum utrumque fructibus praegravatur, foliorum expolentur auxilium necessarium ut protegatur, cum autem depoerint fructus, necesse est ut folia nudentur. Sic se habet hoc caelum, quamquam habuerit in se humana genus, tenebrae & caelum stellae, sicut & vites folia. Nam nocte perierunt sine dubio stellarum utilitas simul cum noxia deficiet. At multi existimant, non verè stellas caduras de caelo, licet casura sit eorum lux, illorumque luce ad tempus obscurata non micabunt in caelo, quod quasi perinde erit ac si cecidissent, sicque cum Dominus ad iudicandum descendit, inest tropica quaedam locutio. Vltimus ad hunc alij stat verillij regij Iudici praefendam pie meditantur quod extemo illo tempore cernentur fulgura, cometae, ignea inflammationes & exaltationes, instar stellarum dispositae in aethere caelo, illaeque caelum sunt super terram cum horrore, sive regia domus eius: tum denique quia debet illudque dicitur ab Evangelistis, *Stella cadent de caelo super terram, idque eam significari, locis jam citatis.**

Quod in voce magna adventus Domini ad iudicium & cetera. Graecis apertius, de quo Evangelistae: *Tunc parebit signum filii hominis in caelo;* de quo etiam inter Syodulna Camina. 6. haec extant Carmina.

O Felix lignum, in quo Deus ipse pependit.
Nec terra capis, seu caeli eccia viabes.
Cum renovas, Dei facies ignis micabit.
Vade veram Crucem tunc apparituram, recolle-
ctis eius per orbem partibus, & virtute divina redi-
regreats, ac postmodum in corruptione donatis,
nonnulli Theologi existimant. Atque hanc Cru-
cem cum Dominus ad iudicandum descendit, in-
est tropica quaedam locutio. Vltimus ad hunc alij stat verillij regij Iudici praefendam pie meditantur quod extemo illo tempore cernentur fulgura, cometae, ignea inflammationes & exaltationes, instar stellarum dispositae in aethere caelo, illaeque caelum sunt super terram cum horrore, sive regia domus eius: tum denique quia debet illudque dicitur ab Evangelistis, *Stella cadent de caelo super terram, idque eam significari, locis jam citatis.*

Caiet. Tisel. Quis sit virtus caelorum commovebuntur

Isid. 26.

Crucis apparitio

pro qua

perunt. Audi S. Aug. serm. 130. de temp. Sicut Imperatorum regalis pompa praecedit & militaris ordo praecedens: illa humeris portat, si quis eius adventus declaretur. Sic Domino de caelis veniente Angelorum & Archangelorum multitudo illud signum portant humeris excelsis, & regalem adventum nunciant. Ad dicit S. Thomas opul. 2. cap. 2. 4. etiam alia tunc Passionis insignia demonstranda, columnam scilicet clavosque & cotenam, & his similia. Vnde quidam Theologus de his sic loquitur: Dicunt Contemplativi quod inferiores Angelorum ordines Christum praecedunt, & alij sequuntur secundum dignitatem suam. Primus inferiorum portabit circum in hac processione. Primus Angelus secundum ordinis portabit funes quibus ligatus fuit Dominus. Primus tertii ordinis feret columnam. Primus quinti feret vestem qua illusus est. Primus sexti Clavos. Primus septimi sponsum. Primus octavi hastam. Primus noni coronam spinam. Haec consideratio & meditatio pia est.

Quicquid sit, dum parebit signum illud Filii hominis in caelo plangent omnes tribus terra, & impii contremiscent eius aspectu exulcerari. De quo plandiu & horrore, qui sero futurus est & inutilis pro impiis, multa dixi in Horto Pastorum Tract. 3. Lect. 30. simulque de aliis signis ibidem tractatum est, quae Lector poterit consulere, utpote hic oportuna.

Concludamus, & dicamus mirabilia tunc ita divina signa futura, dum praet timore & pressura arescent homines impii, quando etiam Sol Mysticus & Luna & Stellae obscurabuntur, & tertotem inducent.

1. Sol gratiae & laetitiae Christus Dominus, qui non erat nisi ad lucem cordibus fundenda (quia Oriens ex alto per viscerum misericordiae venerat illuminare his qui in tenebris & umbra mortis sedent, ac dirigendos pedes eorum in viam pacis) tunc obscurabitur illis, & subtrahat lumen suum, iamque non nisi lumen odiosum fuadet, quo eorum peccata detegantur, & omnibus pateant maxima cum ignominia & confusione. Ipse equidem lucem praebuit gratiae & benignitatis durante hac vita: tunc autem instat tenebrarum erunt graves illae comminationes iustitiae suae, quae etiam mox impios in tenebras devolvunt aeternas. Tunc eius facies & crux, quae luminosa prius erat, horrorem tenebrosum incutiet, ita ut quaeant impii tenebras & latibula, ut abscondantur a facie irae Agni, dicentes *Mortibus, cadite super nos, & collibus, Operite nos.*

2. Luna illa mystica aspectu pulcherrima, Virgo Maria, quae semper peccatoribus in nocte luce parata fuit, & lucida ipsis impettare dona ad tenebras peccati depellendas, tunc inquam, illa obscurabitur & convertetur in sanguinem, quia filii sui vindictam in impios approbabit. Et quae tamquam Mater & Regina misericordiae, ac Porta lucis fulgida, misericordiam & lucem tot peccatori.

Rational. Evang.

bus etiam de sperantibus produxit, tunc Mater erit & Regina iustitiae, mutato jam vultu propter ingratitude horribilem eorum qui permaferunt in peccatis obstinati, nec lucem respicere voluerunt dum tempus erat: & lucerna Dei fulgebat super caput eorum. Quia scilicet de his verum est illud. *Ipsi fuerunt rebelles lumini, & nescierunt vias eius, nec reversi sunt per semitas eius. Si appuerit eis aurora, arbitrantur umbram mortis.* Poterit ergo tunc: ipsi dicere filio: *Recordare quod fecerim coram te ut loquerer pro eis bona, & averterem indignationem tuam ab eis. Sed nunc videam ultionem tuam ex eis, tibi enim revelavi causam meam, Domine Sabbatho, qui iudicas iuste, & probas renes & corda.*

3. Sancti quilibet, qui tanquam Stella fulgebant omnibus per merita & intercessionem, & peccatoribus lucem impetrabant, tunc obscurabuntur & commovebuntur contra eos iusto zelo iustitiae, ut iudici se conforment iusto iudicanti; & contumelias sibi Sanctisque illatas vindicanti. Non stant, nec orantur tunc Noe, Daniel, & Iob profilis aut amicis suis, qui olim pro illis gratiam apud Dominum impetrarunt, sed potius stabant contra illos, & iustitiam iudicis invocabant ob perveritatem obtinendam mentis eorum. Non adstant Martyres coram Domino, ut pro suis exorent persecutoribus, ut olim Stephanus Protomartyr, & Paulus, & Iacobus, & alij plerique sed potius tunc *Exultationes Deum gutturo eorum, & gladii accipientes in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, & ut faciant iudicium conscriptum, gloria haec est omnibus sanctis eius.* Denique, nec Angelis, sicut comites & custodes hominum, tunc vultum eis benignum exhiberi sinit, sed obscuram & severum, quia suis monitis dum tempus erat, non obtemperarunt, unde & hi sunt qui eos colligunt & colligant tanquam fasciculos zizaniorum ad comburendum igni inextinguibili, hi sunt ministri qui ligant eis manus & pedes, proiciuntque eos tandem in tenebras horribiles, & in carcerum ignis, ubi fletus est stridor de aeternum praet amara rabie desperantium.

Imprime, Domine Deus, cordibus nostris salubra timorem, qui timeamus te, & adoremus te, antequam veniat hora terribilis iudicii tui. antequam veniat tempus quo infructuosus erit timor, & timebimus, antequam caeli & terra commoveantur, & conturbentur, ut pugnet contra nos infensatos, quia contra caelum & terram, contra te seculis nostris pugnavimus. Fac ut revertamur ad te, & demus tibi honorem per cordis nostri veram contritionem & oris perfectam confessionem antequam Sol & Luna nobis obscurentur, & sanguineo nigroque amictu nos impressuram & inextricabilem tribulationem inducant, vindictam contra peccata nostra in clamantes. Denique effice, ut Sol gratiae Christus nobis numquam occidat, numquam

Gggg

quam

Iob. 24.

Hier. 17.

Hier. 18.

Stella haec

est sancti

commovebuntur

contra impios.

P. 149.

Conclusio & O-

ratio.

Vigueri
m c. 21.
Theolog.
sua.

Christus
Sol mysticus
obscurabitur.

Luna B.
Virgo non
lucet.

quam obsecratur, nunquam facilem avertat, aut illum sic immuret per iram tremendam, ut cogamur ad mare præ timore & desperatione: *Operite nos, ô Montes. Cadite super nos, ô Colles: & abscondite nos à facie ira Agni.* Nunquam etiam illa quæ pulchra est ut Luna, totis Mater, Nutrix gratiæ, Genitrix vitæ nobis obtenebreat, nec atra fulgida quæ illum circumstant; sed suis iunctim meritis & intercessionibus nobis lucem impertent veritatis, qua in hac via tenebrosa & confragosa pertingere valeamus ad lucem perennem beatæ æternitatis; ducam nobis præsentem in hoc itinere inter æstus & caliginosa discrimina, quasi Columna nobis de die, quasi Columna Ignis de nocte, ut ac terram promissionis feliciter appellere valeamus, ubi laudes divinas cum ipsius, & celestium triumphale decantemus in sæcula sæculorum, Amen.

AD VIRGINEM DEIPARAM PERORATIO ETELEGIA

Coronidem huic imponens Operi Evangelico.

Virgo Dei Mater, nostra spes certa salutis,
Sis mihi in incerta Duxq; Comesq; via.
Paucas loquor molitus: forem deploto malorum.
Quæ parit exilium, quero quoque auxilium.
Sum Cinis & Pulvis, sed sum Deo tunc Imago,
Carnis massa solo. Mens tamen orta polo.
Sæpius hanc gemit ipsa viam, Patiamque requi-
rens,
Confociat lachrymis fervida vota suis.
Spemque meramque inter *Divina Portio Mentis*
Nititur, ut *Tori* iuncta dicit ipsa suo.
Sed varijs opus est caput objectare periculis
Dum miser ad Patrum tento redire solum.
Virgo Dei Mater, nostra spes certa salutis,
Sis mihi in ancipiti Duxq; Comesq; via.
Hinc *Caro* cingit iter, Veneris cum milite prædam
O mihi quam caro constat amica Caro!
Inde oculos *Mundus* perfringit, & arte dolosa
Fallit, ut in mundo tramite fallis eam.
Ladit & illud iterum rutilante colore;
Pascit divitijs, pascat ut & vitijs.
Mille dolos, mille infidias, mox *Damon* ad-
ornat:
Quis fugiet tantos Marte vel arte dolos?
Anxius ergo via Comitemque Ducemq; requiro
Huic volo sit vitæ provida cura mea.
Virgo Dei Mater, nostra spes certa salutis,
Sis mihi in ancipiti Duxq; Comesq; via.
Sigraret ipsa dies æstu sis *Rejeda Nubes;*
Nox premit & tenebræ: *Fulgur & Ignis erit.*
Ergo piæ lachrymas, pia respice vota precantis,
Quæ nutrix animæ diligis esse meæ.
La me tela Venus mittit sua tela Cupidos
Sed jubeas alto fregit castra loco.
Illa puerque suos frudes mihi neciter inanes,
Si pro me steteris Tuque Puerque tuus,
Per medias acies, laqueos, mediosque per hostes,
Te Comite, ô Virgo, Te Duce tutus ero.
Nil *Caro, Mundus, Daemon, Fremitusq; Acherontis*
Lædere nil poterunt, Te Duce, Te Comite.
Me tibi junget amor dum spiritus hos reger artus,
Extremo ut puncto Te mihi jungar amor.
Obsecro Diva Fave, rapiet cum cæca tenebris
Mors pavidum reprensus: Obsecro Diva Fave.
Sors eadem, Tecum, Cælo manet una Corona.
Ultima meta Deo si tamen ipsa manet.
Virgo Dei Mater, nostra spes certa salutis,
Sis mihi in extrema Duxq; Comesq; via.

VOTVM SACRVM.

Hoc Opus nostrum absolutum in die, quo Filium in Templo præsentasti, Tibi ô Virgo Mater, ac-
ceptum refero, ut digneris virginis manibus illud præsentare Filio tuo, meque cura illius effe-
cere, ut omnia mea in illius cedant gloriam, qui est *Splendor gloriæ Patris*, ex quo omnia, per quem om-
nia, in quo omnia, cui soli honor & gloria in sæcula sæculorum, AMEN.

FINIS.